

(5)

# BVLLA FVLMINATORIA

Sanctissimi D. N. D. Pij Papæ IIII. pro obseruanda sententia lata in causa præcedentiæ inter Dominos Canonicos Regulares S. Augustini Congregationis Lateranensis, & Dominos Monacos S. Benedicti Congregationis Cassinensis alias S. Iustina de Padua.



Venetijs in ædibus Nicolai Beuilacquæ Tridentini. Ad instantiam Reuerendi Patris D. Hieronimi Callini Brixiani Rectoris generalis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen.

M D LXIIII.





ALDVS FERRATI-  
NVS Dei, & Apostolica  
sedis gratia Episcopus A-  
merin. index & execu-  
tor ad infrascripta unā cū  
quibusdam nostris in hac  
parte collegis cū illa clausula quatenus ipsi, uel  
duo &c. a sede Apostolica spetialiter deputa-  
tus. Vniuersis, & singulis Dominis Abbatibus,  
Priorib. Præpositis, Decanis, Archidiaconis  
Catoribus, Succëtoribus, Custodibus, Thesau-  
rarijs, Sacristis, et tā Cathedralium etiā Me-  
tropolitanarū quam collegiarum Canonicis,  
parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus, seu  
Locatenen. eorundem, Plebanis, Viceplebanis,  
curatis & nō curatis, Capellanis, Presbyteris,  
clericis, notarijs, & Tabellionibus publicis qui  
buscūque, ceterisq; uiris ecclesiasticis per qua-  
scunque Ciuitates, Terras, Oppida, & loca S.  
R. E. mediatè uel immediate subiecta consti-  
tutis, & eorum cuilibet insolidum, ac illi uel il-  
lis ad quem, uel ad quos præsentes nostra litte-  
ra puererint, Salutē in domino, et nostris huius  
modi immo uerius Apostolicis firmiter obedi-

A 2 re

re mādaris litteras Sanctiss. in Christo patris,  
E D. N. D. Pij diuina prouidentia Papa  
Quarti in forma Brevis sub annulo piscatoris  
more Romanae Curiæ expeditas, sanas siquidē,  
E integras, nō uitiatas, non cancellatas, neque  
in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus  
uitio, E suspitione carentes, prout in eis pri-  
ma facie apparebat nobis pro parte R. pp. dd.  
Rectoris generalis, et Canonicorum regularium  
ordinis S. Augustini Congregationis Latera-  
nen. penitentialium coram notario publico E  
testibus infrascriptis presentatas nos cum ea  
qua decuit reuerentia noueritis recepisse hu-  
iusmodi sub tenore. PIVS Papa Quartus ad  
futurā rei memoriam Sedis Apostolicae prou-  
identia circumspecta, ne rursus, quæ in contro-  
uersijs iter personas ecclesiasticas p̄fserit. Altis-  
simò sub regulari professione famulantes exor-  
tis pro tranquillo religionis statu prudenter  
ordinauit in molestos contentionis anfractus  
relabantur, maiorem solet dum id res ipsa re-  
quirit adhibere cautionem, sane nuper postquā  
sicut nobis innotuerat ab antiquis usque tempo-  
ribus E supra centum annos retroactos lis E  
causa,

causa, seu cōtrouersia inter dilectos filios Recto  
rem Generalem & Canonicos regulares sancti  
Augustini congregationis Lateranen. ex una,  
ac Monacos Sancti Benedicti ordinis Cas-  
sinen. alias Sancta Iustina de Padua Congrega-  
tionum partibus ex altera super illorum praece-  
dentia, seu iure praecedendi suborta, & coram  
diuersis Iudicibus etiam in nostro causarum  
Palati apostolici Auditorio uentilata; ac de-  
mum non sine animi nostri molestia in Oecume-  
nico Concilio Tridentino inter earundem Cō-  
gregationum Abbates renouata fuerat. Nos cō-  
siderantes lites, & controvērsias huiusmodi in  
ecclesia presertim inter religiosas, & reforma-  
tas personas, quae relictis mundi uanitatibus uo-  
tū sum in humilitatis spiritu domino, et Deo  
nostro, qui se pro nobis usque adeo humiliauit,  
ut formam serui acciperet, persoluere profiten-  
tur, non modicum illi praeclaræ Deoq; præcipue  
dilecta uirtuti, qua est humilitas, labem infun-  
dere populoq; scandalū generare ac propterea il-  
las omni ratione submouendas publicaq; reli-  
gionis tranquillitati ac ministrorum Dei re-  
conciliationi, & mutua dilectioni quam prie-  
mum

mum consulendum esse rati. Motu proprio di-  
ctas causas, & contiouerrias ubilibet & co-  
rām quibusuis Iudicibus motas, & in quibus-  
uis instantiis indecisè pendentes ab eisdem iu-  
dicibus ad nos auocauimus, illasq; dilectis filijs  
nostris Ioanni Michaeli Sancta Anastasia Sa-  
raceno Ioanni Baptist& Sancti Clementis Ci-  
cada, ac Bernardino Scoto nūcupatis S. R. E.  
pr̄sbyteris Cardinalibus audiēdas, cognoscen.  
& deciden per quandam motus proprijschedu-  
lam primo, & deinde illas per aliud nostrū Re-  
scriptum eisdem Cardinalibus per eos audien-  
das tantum nobisq; referēdas commisimus. qui  
quidem Cardinales dictis partibus earum ve-  
pcuratoribus, et aduocatis pluries auditis du-  
bijsq; emergentibus ad plenum discussis, & re-  
solutis comperto satis per eos ex cōpluribus lite-  
ris apostolicis diuersisq; alys documentis ratio-  
nibus & probationibus, quod ipsi canonici fue-  
runt, & sunt de illis clericis a Sancto Augusti-  
no quinimo a Sanctis Apostolis institutis, eosdē  
Canonicos. Tam suā antiquā institutionis hu-  
iusmodi, quam etiā dignitatis clericalis, qua  
eos statim quòd professionis regulam emittūt  
in signi-

insignitos esse oportet aliarumq; qualitatum in  
eis existentium ratione dictamq; illorum Congre-  
gationē Lateranen. prefatos Monacos, &  
eorum Congregationē Cassinen. præcedere de-  
bere censuerunt, & concluserunt; suamq; con-  
clusionē huiusmodi ad audientiam nostram,  
iuxta ultimi nostri Rescripti prefati tenorem  
retulerunt. Vnde nos illorum relatione intelle-  
cta, eaq; per nos diligenter examinata; quoniā  
eam in omnibus suis partibus ueritati, & iuri  
consonam comperimus, per nostram diffinitiuā  
sententiam pronūciavimus, sentētiavimus, de-  
creuimus, et declarauimus, Abbates, Pralatos  
& Canonicos regulares Congregationis Late-  
ranē. uti clericos, dimissa superiori ueste, pallio  
seu Cappa in linea ueste clericaliq; habitu in-  
cedentes, quod etiam in alma Vrbe consuetum  
fuerat, & tunc obseruabatur in processionibus,  
& omnibus alijs actibus publicis, et priuatis tā  
in dicta Vrbe nostroq; & aliorū Romanorum  
Pōtificū successorū nostrorū cōspectū, quā alias  
in uniuersis & quibuscunq; alijs Ciuitatibus,  
Terris, Oppidis et locis, Abbates, Pralatos, &  
Monacos ordinis Sancti Benedicti Congrega-  
tionis

tionis Cassinen. præfatos præcedere debuisse, &  
debere, ac eosdē Abbates, Prælatos, & Canoni-  
cos regulares, dictamq; eorum Congregationē,  
ut præfertur incedētes dictis Abbatibus, Præla-  
tis, & Monachis Sancti Benedicti & eorū Con-  
gregationi, in omnibus, & singulis præmissis  
præferendos, anteponen. & in digniori loco col-  
locandos fore, & esse: Abbates uero dicta-  
rum Congregationum singulariter & de per se  
absq; eorum Conuentibus in Concilijs generali-  
bus, prouincialibus & sinodalibus ac alijs acti-  
bus publicis, & priuatis, in quibus Abbates de  
iure, uel consuetudine locum, & uotum habēt,  
uel pro tempore quomodolibet habebunt, inter  
se iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidē  
interuenientium priorem & antiquiorem pro  
motionem ad Abbatiam ac illarū promotione  
duntaxat non aut Congregatione et ordinis cu-  
ius sint auctoritatis præcedere, & præferri, et  
in digniori loco collocari debuisse, & debere,  
prout ex tunc pratulimus, anteposuimus, et col-  
locauimus, præferriq;, anteponi, et collocari mā-  
dauimus, iactationes quoque, molestationes, op-  
pressiones, perturbationes, uexationes, & impe-  
dimenta

dimenta quacunque per Abbates, Prælatos, & Monacos præfatos, & eorū Congregationē Cas-  
sinen.eisdem Abbatibus Prælatis & Canonicis  
regularibus Congregationis Lateranen.super  
præfatis omnibus & singulis,& illorum occasio-  
ne quomodolibet factas præstitas & illatas,fa-  
cta præstita illata fuisse et esse Temerarias illi-  
citas Indebitas et iniustas, Temerariaq; illici-  
ta Indebita & Iniusta, ac de facto Presumptas,  
& Presumpta, illasq; et illa Abbatibus Præla-  
tis & Monacis Congregationis Cassinen.huius  
modis fecisse, & facere minime licuisse neq; lice-  
re de iure, & propterea de, et super illis ac di-  
cto iure præcedendi, omnibusq; et singulis alijs  
præmissis perpetuum silentium imponen. fore,  
et esse, et tunc imposuimus prout in rescriptore  
latione et sententia præfatis plenius cōtinetur.  
Ne autem de sententia aliorumq; præmissorū  
ualiditatē ullo unquam tempore dubitari ac  
propterea uel alio quouis prætextu rē mature  
discussam et iudicatam rursus in controuersiā  
retrahi, neue denuo in Ecclesia Dei inter tales  
personas religiosas contentiones exoriri, ac po-  
pulo scandala generari contingat, tempestiue

B prouidere

prouidere ac supremam huic negocio manum  
apponere cupientes , nec nō ueriores literarum  
singularum prædecessorum ac rescripti proces-  
sus relationis sententiaq; præfatorum et inde se-  
cutorum tenores præsentibus pro sufficienter  
expressis habentes, motu simili non ad ipsorum  
Abbatum prælatorum et canonicorum regula-  
rium Congregationis Lateranen. uel alterius  
pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instan-  
tia, sed ex mera deliberatione, et certa scientia  
nostra , ac de Apostolica potestatis plenitudine  
ad effectum executionis dictæ sententia tantū  
omnes, et singulos processus et sententia præfato-  
rum defectus ēt substantiales , si qui forsan in  
eisdem interuenerint harum serie supplemus ,  
ac eandem sententiam unā cum eius processu  
validos, et efficaces esse, suosq; plenarios, et inte-  
gros effectus sortiri , et inuiolabiliter ab omni-  
bus obseruari debere, nec partes ipsas ab eis ul-  
lo unquam tempore quoquis pretextu quasit ove  
colore resilire posse , sed ad illorum obseruatio-  
nem teneri, censurisq; et penitam Ecclesiasti-  
cis quam pecuniarijs ad id cogi , et compelli ,  
neq; monacos eorum ve Congregationē aduer-  
sus

sus sententiam aliaeve premissa in pristinum  
statum quo quis quæsito colore, uel ingenio resti-  
tui, nec illa oppugnantes audiri, praesentesq; lit-  
teras de surreptionis uel obreptionis uitio seu  
intentionis nostra, aut alio quoniam defectu nota-  
ri, seu impugnari posse. sicq; E non aliter, per  
quoscunq; iudices, E Commissarios etiam S.  
R. E. Cardinales sublata eis, E eorum cui-  
libet quauis aliter iudicandi, E interpretan-  
ti facultate, E auctoritate iudicari, E diffini-  
ri debere, ac quicquid secus a quoquā auctori-  
tate scienter uel ignoranter attemptari conti-  
gerit irritum, E inane decernimus, premiss-  
aq; omnia perpetuo statuimus, E quod ita fiat  
E obseruentur uolumus, atq; madamus simili-  
ter Ven. Fratri Episcopo Amerin. et dilectis fi-  
lijs nostro in alma Vrbe E eius districtu Uica-  
rio in spiritualibus, ac Curia causarum Came-  
ra Apostolica Auditori generalibus p presen-  
tes motu pari mandates quatenus ipsi aut duo  
uel unus eoru per se uel alium seu alios presen-  
tes litteras, E in eis contenta quacunque, ubi  
E quando opus fuerit, ac quoties pro parte re-  
ctoris generalis, E Abbatū prælatorum ac re-

gularium Canonicorum S. Augustini Congre-  
gationis Lateranen. præfatorum uel alicuius  
eorum fuerint requisiti, solemniter publicatæ,  
ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio  
assistentes faciant, auctoritate nostra illos sup-  
pletione decreto statuto uoluntate & manda-  
to alijsq; præmissis pacifice frui, & gaudere,  
non permittentes eos uel eorum quempiam de-  
super per quoscunque quomodolibet indebite  
molestari, perturbari, uel inquietari contradic-  
tores quoslibet & rebelles per sententias cen-  
suras et tam Ecclesiasticas et pecuniarias etiā  
arbitrio suo moderandas & applicandas, quam  
etiam priuationis beneficiorum ecclesiastico-  
rum per ipsos contradictores obtentorum pœ-  
nas aliaq; iuris remedia appellatione postposi-  
ta compescendo ac legitimis super his habedis ser-  
uatis processibus, illos sētētias censuras et pœnas  
huiusmodi incurrisse declarando illasq; etiam  
iteratis uicibus aggrauando, & Interdictum  
ecclesiasticum imponendo, innocata etiam ad  
hoc si opus sit, auxilio brachij secularis, non ob-  
stan præmissis, ac fel. re. Bonif. Papa VIII. præ-  
decessoris nostri de una, & Concilij generalis de  
duabus

duabus dietis, dummodo quispiā praesentiū uigo-  
re ultra tres dietas ad iudiciū nō trahatur, ac  
alijs quibusuis cōstitutionibus et ordinationib.  
Apostolicis, nec non monasteriorū et ordinū, ac  
congregationum prædictarum etiam iuramen-  
to confirmatione Apostolica uel quauis firmita-  
te alia roboratis statutis uel consuetudinibus,  
privilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis,  
illis eorumq; superioribus ac personis sub qui-  
buscunq; tenoribus & formis, ac cū quibusuis  
etiam derogatoriarum derogatorijs alijsq; effi-  
caciōribus & insolitis clausulis irritantibusq;  
et alijs decretis in genere uel spētie etiam motu  
& scientia similibus quomodolibet concessis, ac  
etiam iteratis uicibus approbatis et innouatis.  
quibus oībus illorū tenores praesentibus pro suffi-  
cienter expressis, et insertis habentes illis alias  
in suo robore permansuris hac uice duntaxat  
specialiter, & expresse denegamus contrarijs  
quibuscunq;, aut si aliquibus communiter, uel  
diuīsim ab Apostolica sit sede indultū, quod in  
terdici, suspendi, uel excommunicari nō possint  
per litteras Apostolicas non facieies plenam et  
expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto  
huius-

huiusmodi mentionē. Volumus autē quōd prae-  
sentium transumptis manus alicuius Notarij  
publici subscriptis et sigillo persona in dignitate  
Ecclesiastica constituta munitis in iudicio, &  
extra ubilibet locorū, plena & indubia eadēq;  
prospera fides adhibetur qua ipsi presentibus  
adhiberetur si forent exhibita uel ostenta. Da-  
tū Roma apud S. Petru sub annulo piscatoris,  
Die xvij Ianuarij M D LXIII. Pontifi-  
catus nostri Anno quinto. In fine uero talis erat  
subscriptio uidelicet Hie. Gadicen. extra uero  
a tergo eiusdē breuis sic dicebat, breue apertū  
habet signaturam. POST QVARVM  
quidem literarum apostolicarum presentatio-  
nem & receptionem nobis & per nos ut præmit-  
titur factas nobis fuit per prefatos R. pp. dd.  
rectorem generalem, & Canonicos regulares  
S. Augustini Congregationis Lateranen. in pīn-  
sertis literis pīsentialiter nominatos debita cū  
instantia requisiti, quatenus ad executionem  
dictarum literarum apostolicarum, & conten-  
torum in eisdem procedere dignaremur iuxta  
traditam seu directam per eas a sede Aposto-  
lica nobis formam. NOS igitur Baldus Fer-  
ratinus

ratinus index & executor præfatus attenden.  
requisitionem huiusmodi fore instam, & ratio  
ni consonam, uolentesq; mandatum apostolicū  
reuerenter exequi ut tenemur, iccirco auctori  
tate Apostolica nobis commissa, & qua fungi  
mur in hac parte, præfatas litteras Apostolicas  
huncq; nostrum processum, ac omnia, & singu  
la in eis contenta uobis omnibus, & singulis su  
prascriptis cōmuniter uel diuīsim intimamus  
insinuamus & notificamus ac ad uestrā & cu  
iuslibet uestrum notitiam deducimus, & dedu  
ci uolumus per præsentes, uosq; nihilominus &  
uestrum quemlibet in solidum eisdem auctori  
tate & tenore requirimus & monemus 1. 2. 3.  
& peremptorie communiter uel diuīsim, ac uo  
bis, et uestrum cuilibet in solidum in uirtute S.  
obedietia ac sub excōmunicationis maioris la  
ta sentētia ac mille ducat. auri de Ca. Camera  
Apostolice applicandorum pœnis districte præ  
cipiendo mandamus quatenus infra sex dierū  
spacium duos pro primo, duos pro 2. & reliquos  
duos dies uobis omnibus, et singulis supradictis  
pro tertio & peremptorio termino ac moni  
tione Canonica assignamus, ac eisdem rectori  
generali

generali & Canonicis regularibus prefatis uel  
eorum procuratoribus in premisis efficacis de-  
fensionis praesidio assistentes faciatis eosdem uel  
eorum quemlibet eorumq; procuratorem, uel  
procuratores suppletione decreto statuto uolu-  
tate & mandato, alijsq; premissis pacifice  
frui, & gaudere, ipsasq; literas praeinsertas, &  
in eis contenta quaecunq; plenum effectum for-  
tiri, & iniuiolabiliter obseruari debere, non per-  
mittentes eos, uel eoru quempiam desuper per  
quoscunque quomodolibet indebite molestari,  
uel inquietari per quoscunque tam Ec-  
clesiasticos quam seculares indices, & per-  
sonas publice uel occulte, directe uel indire-  
cte quouis quasito colore uel ingenio. **QVOD**  
**S I F O R T E** premissa omnia, & singu-  
la non adimpleueritis seu distuleritis contuma-  
citer adimplere mandatisq; & monitionibus  
nostris huiusmodi immo uerius Apostolicis no  
parueritis realiter & cū effectu, nos in uos om-  
nes et singulos p̄fatos qui culpabiles fueritis in  
pmisis, & generaliter cōtradictores quoslibet,  
et rebelles ac impedien ipsum R. D. rectore,  
et Canonicos regulares, uel eorum procurato-  
res

res super premissis in aliquo, aut ipsos impediē-  
dantes auxilium consilium uel fauorem publi-  
ce, uel occulte directe uel indirecte cuiuscunq;  
status gradus, ordinis uel conditionis existant,  
ex nunc prout ex tunc & econtra, præfata mo-  
nitione premissa, in capitula uero conuentus, et  
collegia quacunq; in his forsitan deliquen. & re-  
belliū Ecclesiastici Monasteria & cappellas inter-  
dicti Ecclesiastici sententias ferimus in his scri-  
ptis & etiam promulgamus. CAET ERVM  
cum ad executionem premissorum ulterius fa-  
ciendam nequeamus quoad præsens personaliter  
iteresse pluribus alijs arduis in Ro. Cu. legiti-  
me præpediti negocijs, Vniuersis, et singulis D.  
Abbatibus Prioribus Præpositis Decanis Ar-  
chidiaconis Scholaſticis presbiteris tam cathe-  
dralium quam collegiarum Canonicis Par-  
rochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus Cappel-  
lanis clericis caterisq; uiris Ecclesiasticis in  
quibuscunq; dignitatibus gradibus, uel officijs  
constitutis notarijsq; & tabellionibus publicis  
quibuscunque per ciuitates uel Dioc. quascun-  
que, ac quasuis terras Ciuitates Oppida Villas,

C & E

Et alia loca S. R. E. mediate, uel immedia-  
te subiectas aliasq; ubilibet constitutis, Et eo-  
rum cuilibet super ulteriori executione dicti  
mandati apostolici atq; nostri facien. auctorita-  
te Apostolica tenore praesentium plenarie com-  
mittimus uices nostras donec eas ad nos specia  
liter, Et expresse duxerimus reuocandas, quos  
nos etiam, et eorum quemlibet insolidum eisdē au-  
ctoritate Et tenore requirimus primo 2. 3. Et  
per eptorie communiter, uel diuisim ac eis, Et eo-  
rum cuilibet insolidum in uirtute S. obedientiae  
sub excommunicationis quam in eos, et eorum  
quemlibet nisi infra sex dies post presentationem  
notificationem præmissorum ac requisitionem  
eis, seu alteri eorum desuper factas immediate  
sequen. quos dies eis, Et eorum alteri duos pro  
primo, duos pro secundo, Et reliquos duos dies  
pro tertio ac monitiōe Canonica assignamus. Ita  
tamē quod in his exequēdis nulla habeatur di-  
latio, nec unus pro alio, seu per alium se excuset  
ad uos omnes, Et singulos supradictos quibus  
huiusmodi noster processus dirigitur, necnō per  
sonas, Et loca alia de quibus ubi, quando et quo-  
ties

ties expediens fuerit personaliter accedant, seu  
accedat, & prefatas literas apostolicas huncq;  
nostrum processum, ac omnia & singula in eis  
contenta uobis omnibus, et singulis supradictis  
communiter, uel diuisim legant intiment, insi-  
nuent, & fideliter publicari procurent, ac eisdem  
R. P. D. Rectori & Canonici s regularibus  
prefatis in pramissis omnibus, & singulis in  
dictis literis & praesenti nostro processu conten-  
tis efficacis defensionis praesidio assistentes fa-  
ciant eosdem R. P. Rectorem & Canonicos  
regulares principales suppletione decreto statu-  
to uoluntate mandato alijsq; pramissis pacifice  
frui, & gaudere ipsasq; literas, & in eis  
contenta quacunque plenum effectum sortiri,  
& inuiolabiliter obseruari debere, non permit-  
tentis super pramissis aut eorum aliquo per  
quoscunque cuiusvis status gradus ordinis uel  
conditionis existant tacite, uel expresse quo-  
vis quasito colore uel ingenio aut quouis pre-  
textu inquietari, uel perturbari audeant  
seu presumant seu inquietari molestari, uel  
perturbari faciant, aut aliquis ipsorum in-

C 2 quietet

quietet molestet, & perturbet seu molestari, uel perturbari faciat. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. ET  
GENERALITER omnia & singula uobis in hac parte commissa, siue assumpta plenarie exequantur iuxta traditam nobis a sede Apostolica facultatem & tenorem. Ita tamen quod dicti subdelegati nostri uel quicunq; aliis nihil in prauicium dictorum R. P. Rectoris, & Canonicorum predicatorum in praemissis ualeat attemptare, nec in processibus per nos habitis, aut sententijs per nos latis absoluendo uel suspen-  
dendo aliquid mutare. In reliquis autem quae eisdem R. P. D. Rectoris, et Canonicorum super praemissis nocere possent prefatis subdelegatis nostris, & quibusuis alijs potestatem omnimodam denegamus, & si contingat nos super praemissis in aliquo procedere de quo nobis potestatem omnimodam reseruamus non intendimus propterea commissione nostram huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa speciale & expressam in literis fecerimus men-  
tionem, prefatas quoq; literas apostolicas huncq;  
nostrum

nostrum processum, ac omnia, & singula in eis  
contenta uolumus penes dictum R. D. Re-  
ctorem, uel Canonicos prefatos principales re-  
manere, & non per uos, aut aliquem uestrum  
seu quaecunq; alium ipsis inuitis quomodo libet  
detineri: cōtrarium uero facien. prefatis nostris  
sententijs prout in his scriptis per nos lat& sunt  
dicta Canonica monitione præmissa ipso facto  
uolumus subiacere, mandamus tamen copiam  
fieri de præmissis eam potentibus, & habere de  
bentibus potentium quidem sumptibus & ex-  
pensis. IN QVORVM omnium, & singu-  
lorum fidem & testimonium præmissorum præ-  
sentes literas sue hoc præsens publicum proces-  
sus instrumentum exinde fieri, & per notari-  
um publicum Archivij Ro. Cu. scriptorem in-  
frascriptum subscribi, & publicari mandaui-  
mus sigilliq; dicti Archivij iussimus et fecimus  
appensione communiri. Dat. & act. Romæ  
in domo habitationis nostra solitare residentia sub  
anno a nativitate domini nostri Iesu Christi  
Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto In  
dictione septima, Die uero decimanona mensis  
Februarij,

Februarij, Pōtificatus Sāctiss. in Christo patris  
¶ D. N. D. Pi j diuina prouidētia Papa. IIII.  
Anno quinto, präsentibus ibidem discretis ui-  
ris Io de Auila, et Nicolao Durandi dicti Ar-  
chiuij scriptoribus testibus ad premissa uoca-  
tis atque rogatis. Bl. de Casarr.

Ego Blasius de Casarī. Archiuī Ro. Cis.  
scriptor premissis omnibus, ¶ singulis in-  
tersui, ideo hoc instrumentum processus signauī  
et subscripsirogatus, et requisitus in fidem pre-  
missorum.

In

In Christi nomine Amen. Nouerint Vni-  
uersi & singuli praesentis publici transumpti in  
strumenti seriem inspecturi, lecturi pariter, &  
audituri, q anno nativitatis eiusdem Mille-  
simi quingentesimo sexagesimo quarto Indictio-  
ne septima Die uero Veneris decimo mens.  
Martij Pontificatus Sanctissimi in Christo  
patris, & domini nostri domini Pij diuina  
prudentia Papæ Quarti Anno quinto, co-  
ram R. P. D. Cypriano Francho pleb. coll. Ec-  
clesia Sancti Ioannis de Riualto Venetiarum  
uti persona in dignitate Ecclesiastica  
constituta, & per infrascriptum R. D.  
Priorem electa ad infrascripta, & assumpta se-  
dente in scriptorio mei notarij infrascripti in  
Riualto predicto loco pro idoneo per eum ele-  
cto pro tribunali cōparuit R. P. D. Franciscus  
Venetus modernus prior Monasterij, & con-  
uentus S. Mariae Charitatis Venetiarum ordi-  
nis Sancti Augustini Congregationis Latera-  
nen. nomine suo, ac totius sua Congregationis  
predictæ Lateranen. supradictorum princi-  
palium, & in literis executorialibus principa-  
liter

liter nominatorum, & exhibuit actualiter, &  
cum effectu sua Reuerenda dominationi lite-  
ras executoriales supradicti tenoris sigillo præ  
fati Reuerendiſſ. Dom. executoris munitas pa-  
tentest sanas quidem, & integras non uiciatas,  
non cancellatas, neq; in aliqua earum parte su-  
spectas, sed omni prorsus uitio, et suspitione ca-  
rentes, & illas transumptari, & in publici  
transumpti formam redigi, & auscultari ac  
collationari, & inuenta concordantia tran-  
sumpto huiusmodi eandem prorsus fidem adhi-  
beri, ac si originaliter ipsa litera executoria-  
les exhiberentur uel ostenderentur, & super  
præmissis suam & qua fungitur in hac parte  
auctoritatem Apostolicam decerni, & inter-  
poni etiam iudiciale decretum petijt & de-  
bit a cum Instantia postulauit omnibus melio-  
ribus modo via iure causa, & forma, quibus  
magis, & melius potuit, Memoratus tunc  
R. D. plebanus ut persona in dignitate ecclæ-  
siastica ut supra constituta et electa, auditis præ-  
missis, ea admisit si, & in quantum de iure; et  
prius de eius mandato, & coram eo transumpto  
supra-


supradictarū literarum executorialium ante-  
dicto, & prescripto collationato, & ausulta-  
to, ac concordare inuenio. Eidem supradicto  
transumpto ut supra collationato, & ausulta-  
to, & concordare inuenio, & in publici tran-  
sumptiformam redacto suam, et qua fungitur  
in hac parte interposuit auctoritatem pari-  
ter, & indiciale decretum, decernens tran-  
sumpto huiusmodi eandem prorsus fidem adhi-  
beri, ac si ipsa litera exhiberentur, & origina-  
liter ostenderentur, & alias iuxta formam ip-  
sarum literarum apostolicarum, & executo-  
rialium supra decretarum. Et predicta auto-  
ritate apostolica supradicta, qua in hac parte  
fungitur, & omnibus melioribus modo via, iu-  
re, decreto, & forma quibus magis, & melius  
sciuit, & potuit. Super quibus omnibus, & sin-  
gulis præmissis rogatus fui ego Notarius in-  
frascriptus, unum uel plura confidere instru-  
mentum, & instrumenta.

Acta fuerunt hac Venetijs ubi supra sub  
Anno, die, mense, Indictione, ac Pontifi-  
D catu

*catu præscriptis, præsentibus Ven .D.Basilio si  
dineo Diacono Veneto, & Domino Baptista  
Petri à Canape testibus vocatis, & rogatis.*

ERRORES SIC CORRIGITO.


quibusdam infrascriptis	pagina prima linea 6.
Lateranen.principalium	pag.2.l.11
Canonicos,tam	pag.4.l.22.
quod professionem regularem	pag.ead.l.24.
ac illorum	pag.6.l.17
Cuius sint attentis	pag.ead.l.19
præstata & illata	pag.7.l.7
literarum singulorum	pag.8.l.3
& interpretandi	pag.9.l.9
ipſi uel duo aut unus	pag.ead.l.20.& 21
Congregationum prædictorum	pag.11.l.5
exprefſe derogamus	pag.ead.l.19
uel ostensæ	pag.12.l.7
literis principaliter	pag.12.l.19
præfatus attendens	pag.13.l.1
moleſtari perturbari	pag.14.l.12
generaliter in	pag.ead.l.22
impedien.ipſos	pag.ead.l.23



UVA. BHSC. SC 09778\_5



*UVA. BHSC. SC 09778\_5*



UVA. BHSC. SC 09778\_5

UVA. BHSC. SC 09778\_5

UVA. BHSC. SC 09778\_5